AUGUSTINUS. CLAUDIANUS MAMERTUS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh. Seite 21r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26897
Copyright: Admont, Benediktinerstift



simo aeri miscetur. Ubi penitus ablutę animę ascendit ad lu
cidas naues quę sunt ad euectionem atque ad suę patrię transfretati
onem sunt preparatę. Id uero quod adhuc aduersi generis maculas portat
pestus atque calores particulatim descendit. atque arboribus
ceterisque plantationibus atque satis omnibus miscetur. et coloribus di
uersis infigitur. Et quo pacto exista magna et clarissima naui
figurę puerorum et uirginum apparent contrariis potestatibus quę
in celis degunt. quęque igneam habent naturam. atque ex isto aspec
tu decoro uitę pars quę in earundem membris habetur laxata
deducitur per calores in terram. Eodem modo et illa altissima uirtus quę
in naui uitalium aquarum habitat. similitudine puerorum ac
uirginum scarum per suos angelos apparet his potestatibus quarum
natura frigida est atque humida. quęque in celis ordinatę sunt. Et
quidem his quę feminę sunt. in ipsis forma puerorum apparet. masculis
uero. uirginum. Hac uero mutatione et diuersitate personarum diuinarum
ac pulcherrimarum humidę frigidęque stirpis principes mas
culi siue feminę soluuntur. atque id quod in ipsis uitale est fugit.
quod uero resedit laxatum deducitur in terram per frigora. et cunctis terrę
generibus admiscetur. Quis hoc ferat. quis hoc credat. non dico ita esse. sed
uel dici potuisse. Ecce quid docentem timent anathematicha
re manicheum. et non timent credere hęc facientem hęc patientem
deum. Per electos autem suos purgari dicunt eandem ipsam commixtam
partem ac naturam dei. manducando scilicet et bibendo quia eam in
alimentis omnibus dicunt ligatam teneri. Quę cum ab electis uelut
scientis in refectionem corporis manducando et bibendo assumuntur.
per eorum scientiam solui. signari et liberari. nec attendit miseri
quam non congrue de illis creditum sit. quod frustra negant nisi eos
de libros anathematicha uerunt. et manichei esse destiterint.
Si enim sicut dicunt in omnibus seminibus est ligata pars dei et ab electis
manducando purgatur. quis non digne credat eos facere quod inter
uirtutes celorum et principes tenebrarum fieri in thesauro suo